

in porta Labyrinthi conferto Deucalionem cum satellitibus confecisse.

§. 12. Inter ipsos tamen hos errores Dædalus passim discipulos se magistro dignos reliquit. Taceo nunc Talum ex sorore filium, de quo supra dictum. Fuit inter illos Onatas Ægineta, de quo Pausanias lib. 5. sive Eliac. prior. p. m. 339. Ἰδενὸς ὕστερον θύσομεν τῶν ἀπὸ Δαιδάλυ τῆ καὶ ἐργασίας τῆ Ἀττικῆ nulli secundum ducimus eorum, quo à Dædalo ex Attica officina nobiles artifices extitere. Et idem lib. 8. sive in Arcadicis p. m. 540. dum Chirofophi, patria Cretensis, opera recenset & de ejus ætate & magistro incertus, concludit: Ἡδὲ διαίτα ἢ ἐν Κνώσσῳ Δαιδάλυ ᾧδὲ Μίνῳ συμβᾶσαι ἐπὶ μακρότερον δόξαν τοῖς Κρησὶ καὶ ἐπὶ Ἰοάνων ποιήσει ᾧδὲ σκεύασε. Longior certe Gnossi apud Minoem Dædali commoratio, Cretenses in signorum etiam opificio nobilitavit? Et rursus idem lib. 3. sive Laonicis p. m. 194. dum Jovis ex ære signum describit, quod sit omnium quæ ex eadem sunt materia, vetustissimum: neque enim una & eadem fuit universi operis fabricatio, sed particulatim membra excusa, inter se deinde sunt apte clavis confixa, atque ita ne dissolvi possint coagmentata. Addit fecisse Leargum, hominem Rheginum, quem Dipœni & Scylcidis nonnulli, alii ipsius Dædali discipulum dicunt fuisse. Alium nomine Endyum adhuc memorat Athenagoras in apologia sive legatione pro Christianis p. m. 17. τὸ μὲν γὰρ ἐν Ἐφέσῳ τὴν Ἀρτέμιδος, καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς, μᾶλλον γὰρ Ἀθηλαῖς, (Ἀθηλαῖ γὰρ ὡς οἱ μυθικώτερον,) ἔτω γὰρ τὸ ἀπὸ τῆν ἑλαιᾶς τὸ παλαιὸν, καὶ τὴν καθισμένην Ἐνδυὸς εἰργάσατο μαθητῆς Δαιδείλυ. Diana enim Ephesia idolum, Ἔ Minerva (quam Græci Ἀθηνῆν vocant, alii secretius Ἀθηλαῖν) oleaginum vetus, Ἔ (eandem) sedentem Endyus Dædali discipulus fecit.

§. 13. Tandem post varios casus post tot discrimina rerum vitam morte commutavit & in ipso fato sua adhuc habuit fata. Pomponius Mela quidem in lib. 2. dum Cretam descripsit, jamdudum eruditis cruces posuit. Super eas jam
in